



**Scholia In Primarias Preces Imperatoris**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XXXIII. Preces an habeant locum in quacumq[ue] vacatione, seu in  
beneficijs quovis modo vacantibus

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62387](#)

stolicæ per modos reservationum in litteris Eugenij expressos, generaliter reservata non sint decernentes irritum, & inane &c. Ex quo inferunt, cum duobus his privilegijs muniti sint Leodien, ipsis Eugenianæ constitutions, & Concordatorum, Indultum Cæsareum, quod facultatem Cæsari nominandi, seu nominationes Primariae concedendi ad beneficia in toto Imperio existentia impertitur, minus illos afficere, cum Pontifex in illo, etiam si Concordatis derogatur, non tamen derogavit dictæ constitutioni Eugenianæ est enim juris non incerti, ut duobus impedimentis existentibus, uno sublato, remaneat aliud, cap. Pastoralis, de privilegijs, cap. ex tuarum, de Auto. & usu pallij, González ad Reg. VIII. Cancell. glo. 13. in pr. m. 93. præsertim ubi ad eis clausula irritans, ut in dictis constitutionibus, quæ clausula irritat omnes & quacumque alias constitutiones quo tumcunque tenorum, & quacumque derogatorias clausulas continentur &c. Sed quid ad Resolutionem Rotæ super prescriptam? quid ad clausulam derogatoriam constitutionum quarumcumque quandocumque editarum & edendarum? quæ habetur inter clausulas hujus Indulti derogatorias; quid quod Papa potest revocare privilegium per Sedem Apostolicam concessum, etiam si privilegium habeat clausulam derogatoriam? Card. Tuschus Tom. 6. pract. conclus. 751. m. 58. Itaque cogitandum, sed ex usu reip. esset, si S. D. N. super eo consuleretur per aperi-  
tionem oris ut loquimur. Est enim Principis sua privilegia interpretari, ut notat Decius & alij in L. Neratius, ff. de Reg. jur. Gabriel. conf. 182. num. 14. & seq. Card. Tuschus tract. pract. conclus. tom. 6. conclus. 737. maximè cum non defint exempla antiqua & recentia utramlibet sententiam confirmantia, sicut aliqui non exemplis, sed legibus judicandum sit. L. nemo, C. de senten. & interloc. om. ind.

d AVT PER LITTERAS ALTERNATIVAS) Puta per Reg. VIII. Cancell. de Reservatione mensium Apost. & alternativa, per quam dantur Episcopis illam acceptantibus, & residentibus sex mensis ad conferendum beneficia in suis Ecclesijs vacantia, & sic Papa derogat litteris alternativis, alioquin beneficia vacantia in mensibus Ordinariorum non fuissent affecta. Pre-  
cistis, quod multi asserere voluerunt, sed frustra, ut patet, & latius ostendi supra in glos. cum in quibusvis,

VACAVERINT) An Preces habeant locum in quacumque vacatione, seu in beneficiis quovis modo vacantibus? & an in beneficiis reservatis? Pro elucidatione prioris dubii sciendum, præter communem vacationis modum, qui est per obitum, aliam esse de jure & de facto, ut in cap. 2. de concess. prebend. aliam de facto solum, & non de iure, quia nimis beneficium non est liberum, sed quod Collatarius non sit adeptus possessionem, & dependet ab ipsius voluntate, cap. si tibi de præbend. in 6. aliam denique esse vacationem de jure tantum, ut quia incumbit possessioni colorata, de quo est casus in cap. cum in nostris

Leodien  
duplicis  
privilegio  
muniti  
sunt.

nostris, de concess. præbend. Ex quo patebit resolutio dictorum dubium, nimurum ut beneficia vacantia de jure, & de facto Precistis sint affecta, exceptis tamen iis, ex quibus resultat reservatio, Extravag. ad Regimen. Nam verbum *vacare* adaptatur cuicunque vacationi, *L.* si quis sic stipuletur, *ff. sol. matr. glo.* in cap. si propter, *de Rescript.* in *C.* Bald. in cap. *Ex parte i.* ubi textus, col. 2. de off. delegat. Itaque beneficia ipso jure vacantia, videlicet per contractum matrimonij, ingressum religionis, per Promotionem, alisque modis quos complexus sum glos. VIII. Ad Reg. VIII Cancellariae, Precibus Cæsareis erunt affecta.

**e INTRA MENSEM**) Disponitur hic, ut Precistæ intra mensim à die vacationis beneficiorum acceptent, & meritò: Nam diutina Ecclesiæ va-

Precista  
an per  
substitu-  
tum opta-  
tare possit

catio, dispendiosa est, *cap. quam sit, de electio* Itaque debet intra mensim per se vel per procuratorem ad id speciale mandatum habentem acceptare. Sed an per laicum? au per substitutum? dixi suprà in glos. per se vel alium. In quo tamen adhuc adverte, elucidando d. glossam, substitutum à procuratore censetur procuratorem, *cap. i. §. cap. ii qui, & cap. si duo. de Procurat.* in *C.* & censetur à Domino constitutus, quando à Domino habet speciale mandatum, aliqui non, *Rota decis.* 146 in *ip. substitutus de Procurat.* in *No.* & *decis.* 464: etiam in *no.* per *textum, in L. item corrum, § si Decuriones, ff. quod cuiusque uni. nom. & decis.* 414 & 454. etiam in *No.* Itaque si Procurator non haberet potestatem substituendi à Domino, non valeret acceptatio ab illo substituto facta. Sed quid si substitutus, aut alias non habens mandatum speciale ad acceptandum, accepit, an tum sufficiat Precistæ ratihabito sufficiet; dummodo si facta ratihabito intra tempus ad acceptandum, *Covar var. resol lib. 3. cap. ii. nu. 5.* Nam in his quæ mandatum speciale exigunt ratihabito locum obiret, & admittenda est, *text. in c. ult. de Iuricur Alex. conf. 78. lib. 5. Fely. in cap. sicut 2. de Simon. i. l. si quis mihi bona, § iussum ff. de acq. bared Rebuff. tract. Nom. in. quest. 14. nu. 176. quem etiam vide nu. 177.* ubi insuper querit, an inhabili posse consti. tui procurator ad substituendum habilem, quam questionem diversis solvit distinctionibus, *& n. 178 & 184.* ubi querit quid de cuncta persona, & de Procuratore dato ad acceptandum & resignantium, si postea collatum fuit nominato beneficium, an talis constitutus procurator possit resignare, vel permutare cum consule, nolo enim scendas istas subitarias inventis aliorum replere. Itaq; regredior unde divertit, & quero, à quo tempore mensis iste datus ad acceptandum incipiat currere? & videtur quod à tempore publicæ vacationis in loco vel Ecclesia beneficij vacantis, per text. in *Clem. i. de concess. præbend. Bellam. conclus.* 574. Quod tamen intellige, nisi Precistæ probaretur absentia, vel similis cauſa, quæ justam ignorantia causavit præberet, qua de re videatur *M. scard. de probat. conclus.* 1100. & 880. *Menoch.* lib. 6.

Ratihabito  
Precistæ  
si de quan-  
de valens.

tempore  
mensis  
assim.

PRIVILEGIUM  
REGVILARVM  
ET  
CONVENTARVM  
IN REGVLIS  
CANCELLARIIS  
APOSTOLICIS  
PRECES PRIMARIAE  
GHT  
8